mentis testimonium quâ qualitas expressa & boz. vt inquit. idē. Bal. in. l. generaliter. in principio. col. i. &. Itē nota. L. de. non. numera. pecu. et in. c. j. ad finē. de. contentione in me et dominū de portione feudi fratris mei defuncti. in vsibus. feu. dñs preceptor meus Franciscus. curtius. in. cōsilio. v. incipi. facti contingentia. col. vj. circa finē. et dixi in. d. repeti. mea. titu. in situ. de iusti et iure. in principio. col. ix. in. fine. et tradit. Harba. in. cōsilio. lxxxvj. incipi. magnus dixit. col. ij. vol. iij. et in. cōsilio. lxxxij. incipi. clementissimu: in finalibus & bis. eo. vol. ¶ Alibi dixit. idē. Bal. in. l. qui fidei comissaria. L. de. fidei cōmi. quod intellectus regulat et regit ordinez verbor. ¶ Et ideo illud quod prouerbioruz. capi. xxvij. dicitur: quomodo in aqua resplendet vultus inspicientium: sic corda hominū manifesta sunt prudentibus: intelligitur p aliqua exteriora vt inquit et d declarat. Ange. in. cōsilio. lxxxrij. incipi. vi sis inspectis omnibus. col. iij. circa principium. et. in. cōsilio. cclxxij. incipi. primus punctus. in. ij. col. et. in. cōsilio. cccxij. incipi. vi so dicto testamento. circa finem. et. in. l. inter stipulantē. §. j. col. ij. ff. de. & bozuz. obliga. et in. l. ab executore. in. principio. ff. de. appella. tio. dū se remittit ad dictū. l. in stipulantē.

22 ¶ Homo eni videt ea que patent: dñs autem intuetur cor. vt habetur. i. regū. L. xvi.

23 ¶ Et hinc descendit: quod presidentes et astuti iudices in conspectu suo de crimine difamatos venire faciunt: vt qua constantia: qua trepidatione: quo vultu loquatur intelligant. Hec eni signa qd in corde latet dclarent. l. de minore. §. plurimū quoq;. et ibi late scripsi. ff. de. questio. ¶ Qu igitur ex paganor. verbis apperte declaratur: volūtarie et nō cobacte ipsos baptismū suscepisse: merito baptismū validum esse: sacramentūq; suscepisse: et ad nostrā catholicā fidē seruandā in posterū teneri: non est abigendū. ¶ Nō eni est presumendū quod dicti pagani exterius mentiebantur: sed potius credenduz et presumendū est: quod per voces conceptuz mentis vt diximus exprimebāt. qz aliter presumendo: esset mendatiū et sic peccatū presumere: quod nullatenus ab ecclesia est psumendū. vt sanctus. Tho. inquit. in. tertia parte summe. ques. xlvij. arti. vij. ¶ Et de clerico qui mulierē amplectitur: vt causa benedicendi illud fecisse presumatur et non

# super noua

Col. LII.

als. tradit glo. in. c. absit. in. & bo. sinistrum. xi. q. iij. de cuius veritate plene scripsi. in. cōsilio. meo sexto. Ad illustrē ac magnificū dominū marchionē de velis transmissio. incipi. scriptū est. & si secundo non obstat quod dicebā. ¶ Et quod isti pagani qui verbis se velle baptizari demonstrabant: licet quid in corde habuerint ignozetur: sint ad fidei catholice obseruantia cōpellendi. tenet sanctus. Tho. in. iij. parte summe. q. xlvj. arti. iij. in responsione ad primū. ¶ Et de fide baptizato quod sacramentū suscipiat. est. ter. apertus. in. c. sicut ficti. j. q. j. et. c. solent et in. c. ostenditur. et in. c. sicut in sacramentis. cū similibus de. consecra. distinc. iij. inquit eni ter. in. d. c. sicut. Nō interest cū de sacramenti integritate tractatur et sanctitate: qd credat aut quali fide imbutus sit ille qui recepit sacramentū: interest quidē plurimū ad salutis viā: sed nihil interest ad sacramenti qstionē. Itē manifestū est fieri posse: vt fide nō integra quoq; remaneat sacramentū baptismi. Ex quo clarissime patet et concluditur: potius esse considerandum illud quod verbis dicti pagani expresserunt: quaz quod in corde habere potuerunt.



¶ Cimo quinto licet questio nra indubitabilis videat: tamen cū hec opinio ab ecclesia Romana approbetur: idubio opinioni ab ecclesia Romāa approbate stādū erit: sicut et in dubio Romane ecclesie tā quā digniori potius quā alijs ecclesijs parē dū esset. vt. Lardina. Alex. inquit. in. c. oia. xij. distinc. ¶ Illud eni quod dignius est: consideranduz est. vt late tractat. feli. in. c. j. col. ij. cū sequenti. de prescriptio. adoder. i. c. quanto. de iudicis 7. Jasso. latissime. multa singularia dicta. adducens: que superfluum esset referre. in. l. imperiū. col. ij. & si. hys sic premisis. ff. de iurisdic. oīuz. iudi. ¶ Et vltra per eos tradita bene facit quod. sing. voluit. Anto. in. c. ceterū. col. iij. de. iudicis ibi inquit: quod si contendatur cuius sit iurisdicatio: an iudicis secularis vel ecclesiastici: semper in cognoscendo: iudex ecclesiasticus tanquā dignior: iudici seculari erit preferendus. quod dictū pro. sing. refert et seq. tur. Jasso. in. l. ij. in. iij. col. ff. si quis. in. ius. voca. non. ierit. ¶ Alibi egregie dici solet. quod si plures propter aliquod delictū sint capti: vel a iudice seculari inquisiti: quorum

# Paganorum

Col. LIII.

vnus tantū est clericus: et ipse ad iudices ec-  
clesiasticum se remitti petat: iuxta. c. si iudex  
laicū. de senten. excomu. li. vj. omnes laici d  
foro et iurisdictione ecclesiastica occasione il-  
lius clerici efficiuntur: et ad ecclesiasticū iu-  
dicē iuncti cum clerico remitti debent. vt mi-  
rabiliter concludit. Anto. de prato veteri. i.  
l. j. in fine. ff. que sententie. sine. appella. res-  
cundantur. quod dictū pro multū solenni. re-  
fert et sequitur. ABaria. socci. in. c. ij. in. iij.  
col. v. sicu. octauo fallit: de mutuis petito. et  
pro stupendo refert et sequitur. feli. in. c. pla-  
cuit in. iij. col. de prescriptio. Hippolitus de  
marsilijs. vbi hoc egregio cōprobat funda-  
mento. in singulari. c. lxxx. incipi. plura et  
plura. Thomas ferrati. in. cautela. x. inci-  
pi. si contingat plures laicos. z licet ipsi nō  
referant. istā opinionem tenuit. Bartholo-  
meus. socci. in. l. quod seuatus. in. fine. ff. d.  
rebus. dubijs. vbi dicit ita in practica fuisse  
obtentū: quod est magnū verbum: et qd plu-  
ries genitor suus ita cōsuluit. et licet ipse cō-  
siliū patris non referat: reperio patrē eius cō-  
suluisse. in. cōsilio. xij. incipi. quoniā in pre-  
sentiariū. col. vj. vol. j. quod est mēti tenēdū:  
et nunquā obliuioni tradendū. et ita als in  
ciuitate mea oriole fuit i ptingētia facti indi-  
catū. qd ansit vex: suo loco est relinquendū.



**D**e cimo sexto accedat. nā cū ista  
opinio sit benignior: merito ali-  
is opinionibus est preferenda. l.  
semper in dubijs. cū ibi traditis.  
ff. de. regulis. iur. facit. tex. in. l.  
proxime. v. sicu. quid ergo. ibi sed i re dubia.  
ff. de. hys. que. in testamēto. delen. et. in. l. be-  
nignius. ff. de. legibus. de quo. late. per. feli.  
in. c. auditis. col. antepenul. de prescriptio. z  
per Hippolitū. in singulari. clj. incipi. sem-  
per in dubijs.



**D**e cimo septimo facit et accedat  
illa vulgatissima regula: scilicet  
taliter iudicandus esse vt actus  
potius valeat quā pereat d qua  
in. l. j. et ibi. notant. doc. ff. d. eo.  
quod. certo. loco. et in. l. iij. ff. de militari. tes-  
tō. et in. l. quoties in actionibus. et. in. l. vbi  
est verborū ambiguitas et ibi socci. et doc. ff.  
de rebus. dubijs. et in. c. Abbate. cuz simili-  
bus. de. re. iudica. v. Et ideo iuris presūp-  
tio potius ad confirmandū quā ad impug-  
nandū id quod agitur adaptatur. vt iquit.  
Bal. quē. ibi. secuntur. Floria. et doc. in. l.

# conuersione. Fo. XVI.

Col. LIII.

si quis a filio. in pnci. ff. de lega. j. v. Sic  
stipulatio que proprie intelligi non pōt: ad  
casum impropriū trahitur: vt potius valeat  
quā pereat. secundū. Bar. in. l. stipulatio is-  
ta. §. hū qui. ff. de verborū. obliga. facit. tex. i.  
l. diuus Adrianus. in. pnci. ff. de vsu. et hā-  
bita. v. Alibi consuluit. Pau. decal. in. cō-  
silio. cclxxxij. incipi. in facto presenti. quod  
licet in dubio pnceps non videatur vt ple-  
nitudine potestatis: vt traditur. per. Joan.  
andre. in. c. innotuit. d. electio. per. Innocē.  
et. doc. in. c. dubiū. de decimis. per. Bal. in.  
l. bonorū. l. qui. admitti. per. doc. in. l. quā-  
quā et in. l. in testamēto. cū similibus. l. de  
testamen. militis. v. Tamē quando actus  
esset inutilis: et als non valeret: nisi pnceps  
plenitudine potestatis vteretur: tunc in du-  
bio plenitudine potestatis vt pnceps intel-  
ligitur. idē tenet ipse. Pau. in. l. ex imperfec-  
to. l. de testamē. quē refert et seqtur. Alex.  
in. l. ij. in. ij. col. v. sicu. iuxta predicta. l. de  
testamē. mili. Hippolitus. in. l. j. §. si seruus.  
col. ij. v. sicu. Itē pro predictis. ff. d. questio.  
et in. singulari. lxxxij. incipi. pnceps in du-  
bio. Philip. decius. in. cōsilio. ccl. incipi. et  
protenui facul. col. ij. v. sicu. quarto. et idem vi-  
detur tenere. Petrus. de. ancha. in. cōsilio.  
ccxcij. incipi. vltra alia allegata. et. Bar. i.  
l. preses. l. si seruus aut libertus ad decu-  
rio natū aspirauerit. li. x. v. Sic vt actus  
valeat ab ordine scripture receditur: p quo  
als presumeretur. vt in nōbili casu traddūt  
Bal. Ange. et Imol. in. l. cum in testamen-  
to. §. hec verba. ff. de here. instituen.



**D**e cimo octauo accedat: quia cū  
per baptismū dicti pagani a de-  
monij fuitute sint liberati: et ad  
libertatē reducti: merito in du-  
bio p libertate iudicandus erit.  
l. quotiens dubia. cū concordantijs ibi tra-  
ditis. ff. de regu. iur. v. Qui libertati poti-  
us quam rei publice fauendus est. l. illud sci-  
endum. la. ij. ff. de appellatio. v. Quia li-  
bertatis causa non solum dicitur pia. l. j. cir-  
ca finem. l. de communi seruo. manu. et no-  
tat. Bar. in. l. proxime. ff. de hys. q in testa.  
delentur: et in. l. si vnus. ff. d. testamē. Bal.  
in. l. penul. l. de fidei comi. liberta. vex etiā  
plus quā pia. l. Pāpinianus. §. quarta aut.  
et ibi fulgo. Pau. decal. et doc. ff. de inofi-  
cio. testō. et tradditur. per. Jasso: in. l. sicuile  
getur. §. hoc autem. ff. de lega. j.

l. iij.

Ferdi. de lozes. J. T. doctor.

# Tractatus

Col. LV.



1

**D**ecimo nono et ultimo in nostre opinionis fauore accedat na cu per eaz anime consulatur: merito tenenda est. ¶ In dubio eni plus anime qua cunctis rebus fauendu est. c. precipimus. xij. q. j. c. si habes xxij. q. ij. c. cu infirmitas et ibi. doc. de peniten et remissio. l. sancimus. cuz. similibus.

2

**L.** de sacrosanct. ecclesijs. ¶ Adeo quod anima etia filijs excepta legitima est antepo nenda. vt. concludunt. Bar. et doc. in. l. j. et in. a. u. c. si qua mulier. vbi. Jasso. in. j. col. L. de sacrosanct. eccle. doctores in. l. j. §. ad mu nicipiu. ff. ad. legē. falci. et in. l. si funduz sub conditione. §. stichuz. vbi. Jasso. in. ij. col. ff. de lega. j. Bar. in. cōsilio. xxxij. incipi. mas sius martini. Alex. et Riminal. in. l. pactuz quod dotali. L. de pactis. idē. Alex. in. cōsi lio. xij. incipi super co. vol. ij. Anto. in con silio. xxv. incipi. ad primū. Petr. s. ancha. in. cōsilio. xlvj. incipi. prima facie. Areti. in cōsilio. xij. incipi. in causa Nicolai. Barba. in. l. cu accutissimi. L. de fidei cōmi. doc. in. c. in presentia. vbi. Philip. decius. in. xxxij. col. v. sicu. et circa ista primā questionē. de. p batio. Socci. in. l. j. et in. repeti. l. cu auus. in. xx. col. ff. de rebus. dubijs. Feli. in. c. ecclesia scē marie. col. xxxvij. de. cōstitutio. Pau. s. mōte picho. in. repeti. l. ticia cu testamēto. §. ticia cum nuberet. col. xlvij. v. sicu. decimo quarto qro. cu sequentibus. ff. de lega. ij.

**Q**uibus omnibus supradictis et alijs q ingeniosus adducere poterit conclu dendū existimo: huius regni paganos quā tūcunq; violenter et per tiranoꝝ metū bap tizatos baptismi sacramentū suscepisse: et ad nostrā catholicā fidē seruandam cōpellēdos esse: et contra eorum fauctores: defensores: et receptatores: sicut contra fauctores: defenso res: et hereticoꝝ receptatores pcedi posse.



1

**R**estat nunc ad fundamēta pro pstraria pte aducta respondere. et primo nō obstat quod primo loco dicebā: silicet qd sicut ma trimoniū carnale in quo violen tia etia non precissa sed conditionalis vel ius tus meto interuenit est ipso iure nullū: vt la te dictū fuit: ita eodē modo baptismus cuz p ipsum quis spiritualiter matrimoniu cōtra here videatur: erit ipso iure nulluz. qz respō deri potest: magnā esse inter matrimoniu et baptismū differentia. ¶ Nam in matrimo

# super noua

Col. LVI.

nio omnimoda requiritur libertas. d. c. cum locū de sponsa. quo casu: cu matrimoniū sit de hys q liberū requirunt consensum: meri to metus iustus matrimoniū ipse iure anul lat. vt. tradit. per. glo. in. d. c. Abbas. s. hys. que. vj. metusue. cau. fiunt cu cōcordantijs superius allegatis. ¶ Sic etia procurato ris cōstitutio in matrimonialibus debet esse libera. c. accedens. de. pcura. ¶ Et promis sio dotis per metuz facta est ipso iure nulla. l. si mulier. §. sidos metu. ff. quod meto. cau. facit. ter. i. c. siue d cōugy. xxij. q. ij. ¶ Et ideo licet cobacta volūtas sit volūtas. c. me rito. cu similibus. xv. q. j. no tamen volūtas libera est. ¶ Et ratio esse pōt. quia vis ma trimoniū in solo libero cōsensu consistit: quo casu: cu metus interueniens liberū consen sum impediatur: necessario dicendū est: defici ente libero cōsensu sine quo matrimonium esse nō potest: matrimoniū esse ipso iure nul lū. ¶ Baptismus autē seu baptismi sacra mentū ad hoc vt ab aliquo suscipiatur seu a licui imprimatur: nō liber consensus sed sus cipientis exterior voluntas sufficit: vt patet in ficte baptismū suscipiente: qui licet liberū nō habuerit consensum nec deliberatā volū tatē: quia tamen aliquā voluntatē habuit li cet fictā: sacramentū baptismi recepit: vt su perius probatū est: Et ideo cu voluntas co hacta volūtas sit: merito dicimus: baptismū cobacte seu mericulose receptū non esse ipso iure nullū nec postea annullandū: quia cu se mel sacramentū receptū sit: non pōt fieri qn receptū et impressuz videatur. ¶ Aliter sol uit et declarat. Abbas. in. d. c. cu locū. in. ff. col. v. sicu. sed est pulcrū. de. sponsa.

2

3

4

5

6



**D**eobstat quod dicebā minorē metū requiri in matrimonio spi rituali et sic in baptismo ad ip suz annullandū quā in matrimo nio carnali. per. glo. sing. in. c. p sens clericus. in. vbo patrez. xx. q. ij. vbi te nuit: per solū metū reuerentialē in matrimo nio spirituali adhibitū matrimoniū spiritu ale retractari et annullari: qd non sic ē in ma trimonio carnali: nisi verbera patris vel a lia precedant vt in pluribus locis scribentes concludūt: maxime. in. c. cu virū. de regula ribus et in. c. causam matrimonij. de officio. d. lega. ¶ Quia licet illa. glo. ab Alexādro. sequatur et approbetur: in. l. si cu dotē. §. eo aut tempore. col. penul. ff. soluto. matri. et. a

7

# Paganorum

Col. LVII.

Jassone. in. §. q̄drupli. in. ix. col. in. fine. inf-  
titu. de actio. opinio tamē illius. glo. et p̄dic-  
torū non est vera. et contrarium tenuit Ab-  
bas. in. d. c. cum viz. et ludo. Roma. in. d. §.  
eo autē tempore quos. refert et seq̄tur. Phi-  
lip. decius. dictaz. glo. impugnando in. d. c.  
causam matrimonij. col. ij. de officio. d̄lega.  
p̄ tex. in. c. j. et in. c. cū dilectus. q̄d met⁹. cau.

**Q**uod reterea quod baptismus p̄dictus nō  
sit ipso iure nullus patet. metus reue-  
rentialis et metus tyrani equipparantur. vt.  
volunt Bar. in. l. si obturpez. ff. de conditio.  
obturpē. causam. et in. l. ij. l. quod metus.  
causa. Ange. in. l. metū. ff. eo. duz concludit  
quod. c. primū. quod metus. cau. loquens in  
tirano habeat locū in marito. et in specie tra-  
dit singulariter prepositus. in. d. c. cū locuz.  
col. ij. §. si. tertio. d̄ sponsa. Sed sic est quod  
metus reuerentialis matrimonij ipso iure  
non annullat: nisi verbera vel alia precedant  
vt dictū est. ergo parimodo tyranozū metus  
absq̄ vberibus et alijs matrimonij annulla-  
re non debet. Si eni matrimonium per tira-  
nozū metū contractū non annullatur: et tamē  
in eo omnimodo libera requiritur voluntas  
et consensus: multo minus baptismus tira-  
nozū metu receptus annullandus erit. ma-  
xime cum per multum tempus post dictum  
baptismum dicti pagani in dicto baptismo p̄-  
seuerarunt vt dictum est.

**Q**uod etiā obstat illud quod dice-  
bā: scilicet quod que per tyranos  
et rebelles predictos seu eoz me-  
tu gesta sunt nullius sunt valo-  
ris nec efficacie. vt tradit. Pa-  
noz. in. c. p. et. g. in. finalibus verbis. de. offi-  
cio. delega. Petrus d̄ ancha. in. c. fundamē-  
ta. col. si. §. sic. venio ad tertū. cuz alijs per  
me superius adductis de. electio. li. vj. quia  
si recte doctoz vba considerentur maxime  
Bar. in. dicto tracta de tyrania in. ij. col. ma-  
gnam in hac materia faciunt distinctionem.  
¶ Alius eni est actus per ipsos tyranos fac-  
tus qui aliquādo est ipso iure nullus aliq̄n-  
do vero retractatur. ¶ Alius vero est ac-  
tus non per ipsos tyranos sed per alios tira-  
nozū metu celebratus: et tunc ille nō est ipso  
iure nullus: et licet in aliquibus casibus nul-  
lus videatur: in nostro vero casu sicut et in a-  
lijs similibus secus erit. ¶ Et secundo ref-  
pondetur quod licet actus metu tyranozū fac-  
tus sit ipso iure nullus vel saltim retractan-

# conuersione. Fo. XVII.

Col. LVIII.

us: illud est verū nisi in fauorem metū pas-  
si sit celebratus: vt in responsione ad secun-  
dū principale fundamentū inferius dicem⁹.  
Sed cū baptismus metu tyranozū recep-  
tus in fauorem et vtilitatem sit paganorum  
quia de seruis facti sunt liberi: merito vali-  
dus existimandus erit.

**S**ecundo principaliter non obs-  
tat secundū p̄cipale fundamē-  
tū pro contraria pte adductuz:  
in quo dicebā: quod cuz lege seu  
foro huius regni caueatur: non  
debere paganos per vi ad baptismū suscipi-  
endū compelli: merito quia contra legis seu  
fori dispositionē dicti pagani sunt baptizati:  
baptismus erit ipso iure nullus. vulgata le-  
ge. non dubiū cuz similibus. l. de legibus.  
¶ Quia huic fundamēto respondetur: re-  
gulā predictā procedere nisi in casu quo ac-  
tus aliqua lege speciali sustineretur: qz tunc  
non erit actus ipso iure nullus. vt concludit  
z declarat. Abbas. post Joannē. andre. ibi.  
in. c. ad apostolicā. col. ij. §. sic. Sed p̄tra  
hoc. de regularibu. facit. tex. in. l. j. §. biduū.  
ff. quando. appellanduz sit. et que tradunt.  
Bar. et Aoder. in. d. l. non dubiū. Sed sic  
est quod per multa iura superius allegata  
baptismus sic recept⁹ sustinetur: merito nul-  
lus ipso iure non erit reputandus.

**N**ec obstat quod etiaz diximus:  
quod cū securitas pagani pre-  
dictis concessa non seruabatur:  
qui tamquā carcerati et liberta-  
te sua priuati dictū baptismum  
susceperunt: baptismus valere non deberet.  
¶ Quia verū est contractū a carcerato et  
sua libertate priuato factuz non valere: nisi  
contractus vtilis et fauorabilis esset ipsi car-  
cerato: et in vtilitatē vi inferentis seu carce-  
rantis non redundaret. vt notatur. in. l. me-  
tū. §. sed licet. ff. quod metus. causa. z tradit.  
in specie. Bal. in. R. a. §. sic. Itē requiritur  
quod ille qui contrahit. l. de rescinden. v̄s-  
di. ¶ Bene facit vulgantissima illa regula  
qua cauetur: quod licet a lege vel statuto cer-  
ta solēnitās in aliquo actu requiratur: nih-  
ilominus actus absq̄ solēnitāte factus vale-  
bit: quando in fauorē illius cuius causa lex  
vel statutū factū fuit actus redundaret. iux-  
ta quod nōnulla cumulat. Jasso. in. l. nō co-  
minus. l. d̄. procura. Sic igitur in casu nos-  
tro dicendū est: quod licet attento metu seu

Ferdi. de loazes. J. Tl. doctor.



# Tractatus

Col. LIX.

tiranoꝝ violentia: baptismus sic violentē receptus reprobandus esset: tamē quia hoc in nullā tiranoꝝ vtilitatē sed in paganoꝝ fauorē redundat: cuiꝯ de seruitute demonij ad libertateꝝ sint reducti: merito baptismus validus iudicandus erit.



**T**ertio principaliter non obstat tertium principale fundamentum pro contraria parte ad ductum: in quo dicebatur: quod non solum tiranni predictos paganos minime ad baptismum suscipiendum compellere potuerunt: immo nec princeps eos compellere potuisset: sicut nec posset eos a regno princeps absque causa expellere: nec iniuriam aliquam eis inferre. **¶** Quia respondeo primo. Non enim tractamus an princeps a regno eos expellere possit: vel aliquam iniuriam eis inferre: quo casu superius allegata forte locum habere possent: sed tractamus an dicti pagani per vi ad baptismum suscipiendum compulsi sine tiranoꝝ metu inducti fide quam semel susceperunt seruare compellentur. quo casu: nemini dubium nisi quod compelli possunt et debent: cum per tales compulsionem nulla fiat eius iniuria. **¶** **¶** Preterea et secundo licet predicta vera essent: non tamen procedunt ubi ex paganoꝝ tollerantia christianis et sic fidelibus aliquod damnum seu scandalum ut diximus venire potuisset: quia tunc bene possent per principem a regno expelli: et ad seruandam fidem quam semel susceperunt compelli. **¶** **¶** Et in simili inquit Guilielmus de cum. in. l. nullus. l. de. summa. trini. et fide. catho. ubi dicit. quod patientes morbum contagiosum puta pestiferum vel simile licite ab vrbibus expelluntur. et idem dicit esse in heretico vel leproso. **¶** **¶** Per quem textus singulariter infert ibi Paulus de cas. post. Bal. et alios: quod si aliqua inhonesta mulier ad habitandum in vicinia venerit: possunt vicini ne alias honestas inficiat illam de vicinia expellere. idem tenet Jasso. Claudius. et alij in. l. iniusticia. ff. de iniusticia. et. iur. Bartholomeus. cepolla. in. tracta. serui. vrbanoꝝ. predicti. c. v. v. sic. sed in specie. Philip. decius. in. l. semp in contractibus. ff. de regu. iur. **¶** **¶** Et ideo dicit. glo. nobilis in. l. non aliter. ff. de. vsu. et. habita. quod si plures scholares simul in vna domo habitent: non potest vnus ex socijs vnā meretricem in domo alijs socijs iniustis introducere. quod est limitandum vt intelligit et limitat. Bolognum. in. repeti. auct. ba

# super noua

Col. LX.

bita. col. penul. l. ne filius. pro patre. quod est notandum pro scholaribus. **¶** **¶** Alibi dicit. tex. in. auct. de lenonibus. §. si. collatio. ij. quod lenones et similes inficientes alios debent a ciuitate expelli: et non solum de ciuitate sed etiam de suburbij. vt late tradit. Barba. in. c. Rodulphus. col. xvj. in principio. §. rescripti. **¶** **¶** Cum enim dictoꝝ paganoꝝ tollerantia christianos et sic catholicos inficiet seu inficere possit: quia catholici videtes predictos paganos post baptismum ad p̄meos ritus mahomethicos redire et absque punitione in eisdem permanere: facilliter possent de baptismi viribus dubitare. Ne igitur ad aliquod malum perpetrandum catholici dictoꝝ paganoꝝ occasione inducantur: et ne apaganis inficient: sine dubio dicendum est: predictos paganos sic baptizatos ad nostram catholicam fidem seruandam esse compellendos: nec non a regno et christianitate si principibus fuerit expellendos. **¶** **¶** Preterea et tertio non credo verum maxime in casu nostro illud quod dictum fuit: scilicet principem non posse paganos predictos et in fideles a regno suo expellere: immo veritatem puto in contrarium. **¶** **¶** Ideo enim infideles inter christianos tollerantur: vt propter eorum consortium eos lucrari deo christiani possint. c. ad mensas. circa principium. xi. q. iij. c. infideles. xxij. q. iij. facit. tex. in. c. q. sincera. ibi. ad sinum matris ecclesie deo possumus auxiliante conuertere. xlv. distic. Sed cum notorium sit: causam: rationem: et dictoꝝ iniuriam intentum in istis sic baptizatis cessare: quia expresse baptismum susceptum nunc contradicunt: et de eorum conuersione non sperantur: merito a regno per principem possunt expelli: et ad nostram catholicam fidem seruandam compelli. facit. tex. notabilis. in. c. quanto. de. dimortijs. **¶** **¶** Hanc partem tenuit. Archi. in. d. c. q. sincera. dicens quod si princeps eos vendere potest multo fortius expellere. argu. l. si seruus exportandus veneat. l. j. et. ij. idem. Archi. in. c. fraternitatem. liij. distic. **¶** **¶** Ubi inquit principem posse eisdem bona auferre: cum ea non habeant nisi in peculium. allegat. tex. in. c. iudei. el. ij. de. iudeis. ubi dicit: quod si conuertantur non sunt eis bona auferenda: a contrario ergo sensu si non conuertuntur secus erit. facit. tex. in. c. sicut iudei. eod. titu. ibi sine iudicio terrene potestatis. ubi a contrario sensu probatur quod cum terrene potestatis iudicio bene expelli possent. et secundum hanc opinionem consuluit. oldra. sibi contrarium. i. consilio. lxxxvij. queritur an princeps possit.

sub titulo. de. iudeis. z. sarracenis. de quo a liquid per. Innocen. z. doc. in. c. quod super hys. de. voto. et voti redēptione. p. Paganor. et doc. in. c. que in ecclesiāz. col. iij. vñcu. et hec procedunt. de. constitutio. per. prepositū in. c. j. p. distinc. Et licet aliqualis sit int̄ doctores dubitatio: omnes tamen vñanimit̄ concludunt: qđ quando ex paganor̄ tollerātia chřstianis periculū immineret vt in casu nostro: sine dubio per principē a regno expelli possent. ¶ Tanquā periculuz qđ imminere posset iusta causa sit eos expellendi. vt cōmuniter concludunt doctores in locis superius allegatis. quo casu: aliq̄ causa existente nullā doctores ponunt dubitationē: et hanc sententiā latissime cōprobat et sequitur. Petrus. de. ancha. in. regula. peccatum. in. iij. q. principali. de. regu. iur. li. vj. Joannes. de. anna. in. c. et si Iudeos. de. iudeis. Franciscus. de. arectio. in. c. licet vñuersis. in. j. notabili. de. testibus. Anto. corsetus. in. dicto tractatu de potestate et excellentia regia. in. lxxiij. questioe. posita corrupte sub titulo de materia trebelianice.



Quarto principaliter non obstat quartū principale fundamentū pro contraria pte adductum in quo dicebāz: quod licet pagani predicti per baptismū meliores facti sint: tamen quia ipsis inuitis baptismū receperunt: nullatenus ipsum baptismū ratum habere coguntur. per legē. si ex duobus.

1 cū similibus. ff. de negocijs gestis. ¶ Quia respondetur: regulā predictā non procedere in hys in quibus publica vtilitas vt in casu nostro verteretur. l. at si quis. §. idē labeo. ff. de. religio. et sumptibus. funez. et quia multa in publice vtilitatis fauorē introducta cumulant. feli. in. c. nonnulli. vñculo. ad euitandos. col. xxij. cū sequenti. de rescriptis. superfluū esset tacito auctore sua verba trāsplantare. maxime cū ipse. feli. ibidē de pdictis gloriatur: et timeat ne ab aliquo alibi trāsplantentur. Aliqua etiā posuit. Jasso. in. l. si filius familias. col. ij. ff. si certū petat. idē. Jasso. et. Alex. in. l. si ex toto. in. princi. col. penul. et finali. ff. d. lega. j. ¶ Et vltra per predictos tradita bene faciunt in proposito que tradunt. Hal. Pan. decas. et scribētes. in. l. fi. l. de. negocijs gestis. vbi notabiliter concludunt: quod si aliquis p maleficio captus in periculo perdendi personaz esset: nisi

certā pecunie quantitatē solueret: soluens p illo etiā contra eius prohibitionē nihilominus ab eo recuperare poterit: et hoc propter publicā vtilitatē que in augendo psonas imperij vertitur. de quo late per. Alex. et. doc. in. l. quāuis. ff. soluto. matri. ¶ Alibi dici solet: quod licet consuetudo cōtra ius gentium non valeat: valebit tamē vbi publica vtilitas imminere poterit: quia et eo casu statutū valeret. vt concludunt. Paganor. et. doc. i. c. que in ecclesiāz. vbi latissime per. feli. et. Philip. decū. in. ix. col. cū sequentibus. de. constitutio. et. in. c. si. d. consuetu. et traditur per. glo. Bar. et alios. in. l. si. l. si cōtra ius vel vtilitatē publicam. ¶ Facit quod pulcre tradit. gemi. post Imolā ibi. in. c. j. in. fine. d. cōstitutio. li. vj. Quē enī dicti pagani in periculo perdendi animā essent: et per baptismū a demonij seruitute et captiuitate sint liberati: talisq; liberatio in publicā redundet vtilitatem: merito baptismum predictamq; liberationem ratam habere cogentur.



Quinto principaliter non obstat quintū principale fundamentū pro contraria paganorum parte adductū: in quo etiā dicebāz: qđ cū dicti pagani per tiranorum z rebellū violentiā sua essent libertate priuati et spoliati: merito ante omnia erant restituendi. Quia responderi potest: Regulā predictā scilicet spoliatū ante oia esse restituendū in pluribus casibus nō procedere: quos latissime retulit et cumulat. Alex. in. l. naturaliter. §. nihil. cōmune. ff. de acquirē. posse. Socci. in. tractatu fallentiaz. in. regula. cclxxix. specu. in. titulo. d. peti. et posse. §. si. lanfran. de oriano. in. repeti. R. c. col. v. vñ. aduertite cū pluribus sequētibz. de. causa. posse. et proprieta. Corsetus. in. dicto tractatu. de potestate et excellentia regia. in. lxxij. questione. posita sub R. a. scilicet fallētie ad regulā spoliatus ante oia. zc. ¶ Et in specie regula predicta locū non habet: vbi ex tali restitutione scandalū imminere posset vt in casu nostro imminere speratur: quo casu spoliatus non erit ante oia restituendus vt inquit. glo. notabilis. in. c. in primis. in. glo. j. secunda. q. j. et in. c. ad petitionē. in. verbo. restituendus. de. accusatio. et tradit. feli. in. c. nihil. col. ij. versicu. sexto. de. prescriptio. ¶ Et ideo consuluit federicus de senis. in. consilio. cclxxiij. incipi. consiliū latum per

Ferdi. de loazes. ¶ Et. doctor.

venerabilē. quod cum monasteriū quoddā  
ageret possessorio recuperande ad quasi pos-  
sionē iuris quā habebat i monacho: quia  
dicebat ase dictū monachū esse possessum: ⁊  
monachus ac alius Abbas dicebant ipsum  
non esse monachū illius monasterij: merito  
quia si ante oia restitutio monasterio conce-  
deretur magnū scandaluz resultare posset:  
quia monachus deberet mutare habitum ⁊  
recipere habitū monasterij agentis possesso-  
rio recuperande: et deinde iterū mutare ⁊ re-  
cipere habituz monasterij agentis petitorio:  
concludit dnegandā esse monasterio agenti  
possessorio recuperande ante oia restitutio-  
nē. bene facit q̄ supius de scandalis late dixi-  
m⁹. Sed sic est: quod si dicti pagani sic bap-  
tizati ad primeuos rit⁹ et mahomethicas ce-  
rimonias restituerentur: alij fideles vt supra  
dixi scādalizarent et ad d̄ debaptismi virib⁹  
dubitandū inducerentur: qđ nullomodo est  
concedendū iuxta illud qui scādalizauerit  
vñū de pusillis istis qui in me credunt: vt ha-  
betur Athet. c. xvij. et in. c. nisi cū prudēz.  
⁊ sic. pro grani quoq; scandalo. de. renun-  
tia. ⁊ Preterea et secundo: cū talis restitu-  
tio spoliatis tantū cōcedatur: merito istis pa-  
ganis sic baptizatis qui nō spoliati et graua-  
tissimo premiati: remunerati: honorati: ⁊ co-  
modum assecuti fuerunt concedi non debet.  
3 ⁊ Tertio: tale restitutionis privilegiū solū  
per vi ablatiā vel expulsiā spoliato nō ve-  
ro spoliato per vi cōpulsivā conceditur. se-  
cū. Bal. Imol. Alex. et. doc. in. d. §. nihil cō-  
mune. allegant. c. sup hoc. cū ibi notatis. de.  
renuntia. et tenet. Bar. in. l. si obturpē. col.  
j. ff. de. conditio. ob turpez. cau. et. in. l. ij. l.  
quod met⁹ causa. Bal. in. l. iij. eo. titu. Sed  
cū dicti pagani non sint per vi ablatiā nec  
expulsiā sed per vi cōpulsivā inducti: quia  
4 tiranoz metu ad baptismū recipiendum fue-  
rūt cōpulsī: cessare debet privilegiū. ⁊ Pre-  
marime et quarto: qđ dicti pagani postquā  
baptismū receperunt p magni tēporis spaci-  
um in dicto baptismo et fide catholica perse-  
verarunt: ecclesias frequentando: oblatiōes  
prestando: divina officia audiēdo: sacramē-  
ta suscipiendo: et alia q̄ ceteri chusti fideles  
faciunt faciendo: vt oibus notoriū est: pque  
a violentia seu spoliatione si aliqua interue-  
nerit recesserūt: et baptismū per eos receptū  
fidēq; nraz catholicā aprobarunt: quo casu  
etnā si spoliati forent nullatenus essent resti-

tuendi. vt late superius dictuz fuit: facit. ter.  
in. c. veniens. el. j. et in. c. ad id quod. cū simi-  
libus. de. spōsa. et. in. l. ij. et ibi. doc. l. d̄ hys  
q̄ vi metus ve causa gesta sunt. ⁊ Quinto  
dici solet: quod vbi ex restitutione peccatum  
immineret cessare debet restitutio: vt notabi-  
liter voluit. Abbas. i. c. litteras. col. j. ⁊ sic.  
ex hoc vltimo collige. de. restitū. spolia. Sed  
cū ad primeuos ritus post bap̄ismū predic-  
tū redire: sit peccatū apostasie et heresis cri-  
men cōmittere: vt. in. d. c. cōtra chustianos.  
de. hereticis. li. vj. merito nō erunt restitu-  
di. ⁊ Ultimo: licet multa in pposito et cas-  
6 sui nostro adaptari possent q̄ breuitatis cau-  
sa omitto: facit: nā predicta regula locū ha-  
bet: quādo spoliati aduersus spoliante peti-  
tio dirigeretur: secus vero vbi tertio pro suo  
interesse cōpareret: quo casu ppter tertium  
cōparentē exceptionēq; dñij opponente res-  
titutio spoliato denegatur: cū contra tertij  
ratio non militet q̄ contra spoliante milita-  
re posset. l. bona fides. cū similibus. ff. depo-  
siti. et cōmuniter concludunt. doc. in. d. §. ni-  
hil cōmune. et. in. c. in litteris. de. restitutio.  
spolia. Ange. et. doc. in. l. si quis ad se fundū.  
l. ad. l. iuliam. de. vi. Sed licet dicti pagani  
sint p rebelles spoliati seu sua libertate pua-  
ti: tamen qz in casu nostro non de rebeliū in-  
re sed de interesse sancte matris ecclesie ⁊ sic  
tertij tractatur: non crederez illos aduersus  
ecclesiā restituendos. ⁊ Et ideo multū no-  
7 tabiliter dixit. Bal. in. l. j. col. j. ⁊ sic. ⁊ facit  
ad questionē. l. cōmunia. delegatis. qđ stā-  
te statute qđ instrumenta guarentigiata ha-  
beant executionē paratā vel aliud privilegi-  
um: illud pcedit quando actione personali  
vel hypothecaria contra ipsum principales  
debitore actū fuerit secus vero si contra ter-  
tū possessore ageretur. qđ dictuz pro valde  
singulari refert et seqtur. Petrus. d. ancha.  
in. c. j. ⁊ sic. circa istā extentionē. de cōstitu-  
tio. Alex. i. l. j. §. si heres. col. j. ff. ad trebelia  
et. in. cōsilio. lxxvij. incipi. viso themate. vbi  
ad notabilē infert questionem. col. fi. vol. iij.  
Jasso. in. l. ij. col. fi. l. de. edicto. diui. adria.  
tollen. et. in. l. iurisgentiū. §. pretor ait. col. ij.  
ff. de. pactis. Francis. de arectio. in. consilio.  
lxxvj. incipi. diligenter. col. fi. in fine. Phi-  
lip. decius. in. c. supereo. col. iij. ⁊ sic. et ex is-  
to notabili. de officio. delega. ⁊ in. c. cū tenea-  
mur. col. ij. in fine. de. appellatio. et. in. consi-  
lio. cxcvij. incipi. et protenui facultate mea.

# Paganorum

Col. LXV.

8 in. v. col. in. principio. Idē voluit ipse. Bal.  
in. l. ij. l. si aduersus creditore. Ange. in. l. si  
vnus. §. ante oia. ff. de pactis. z Imola. in. l.  
9 si. col. viij. ff. a qbus. appella nō licet. ¶ + A  
libi notabiliter dixerunt senēses. et post eos.  
Jasso. in. l. cū filius. col. ij. ff. de. verborum.  
obliga. quod stante dicto statuto: instrumen  
tū in quo filius est obligatus non habebit e  
10 recutionē paratā contra patrē s̄ peculio: ex  
quo pater est quidā tertius non nominatus  
in instrumento facto per filius super peculio  
profectio: et ita dicunt fuisse in contingētia  
facti iudicatū. ¶ + Hic notabiliter dici solet:  
quod sicut dictū statutū non habet executio  
nē paratā contra tertiu: ita eodem modo ter  
tio non nominato in instrumento etiā si sibi  
interfit prodesse non potest. vt notabiliter vo  
luit. Bal. in. l. si prote. l. de. dotis pmissio  
11 ne. ¶ + Sic etiā clausula appellatione remo  
ta suū effectū respectu partiu non vero res  
pectu tertij pro suo interesse cōpatentis ope  
ratur. d. c. super eo. et ibi late. doc. de. officio.  
delega. et notat. Bar. in. l. j. §. interdū. versu  
cu. q̄ro imperator. ff. a quibus. appella. non  
licet. facit quod notat. Ange. in. l. quidā con  
sulebat. in. fine. ff. de. re iudica. ¶ + Et ex istis  
12 notabiliter dicit. Abbas. quē ibi moder  
ni secuntur. in. d. c. super eo. quod si statutus  
remouet appellationē in instrumento guarē  
tigiato: non censetur remota appellatio quo  
ad tertiu. quod dictū pro valde notabili re  
fert et sequitur Berusin<sup>o</sup>. in. c. pastoralis. i.  
princi. col. penul. versu. septimo q̄ritur. de  
appellatio. Imola. in. clemēti. j. col. iij. v̄si  
cu. nota bene p̄dicta. de. re iudicata. ¶ + Sic  
13 executio sententie regulariter contra tertius  
possessorē fieri non potest: vt notatur. i. l. ad  
iuo pio. §. si super rebus. vbi late per. doc. ff.  
de. re. iudica. et per. Bal. in. l. ob maritoruz  
in. principio. l. ne vxor pro marito. facit. tex.  
in. l. si. cū similibus. l. si per vi vel alio mo  
14 do. ¶ + Et titulus nil nouari appellatione pē  
dente non habet locū respectu tertij. vt in q̄t.  
glo. singu. in. l. creditor. in. principio. in ver  
bo posse. ff. mandati. ¶ + Et p̄dictorū ratio  
est: quia statuta debent semp interpretari vt  
tertio minime p̄iudiciū inferatur: etiā si ex  
tali interpretatione superflua redderentur z  
nihil operarentur. vt est. glo. sing. in. l. si. §. i  
cōputatione. in. glo. magna ad finē. l. s̄. u  
re. s̄ libe. vbi. Bar. Pau. decal. Alex. z alij  
secuntur. Imola. et moderni. in. l. iij. §. p̄toz

# conuersione. Fo. XIX.

Col. LXVI.

ait. ff. de. dāno infecto. ¶ + Et idē in rescrip  
15 tis. vt tenet. Bal. et doc. in dicto. c. super eo.  
de. officio delega. idē. Bal. in. consilio. cxc.  
incipi. ins. versiculo. ix. Aldra. in. consilio.  
cclxvij. incipi. questio est. in. principio. z. in.  
cōsilio. cccxxv. incipi. thema questionis. in fi  
ne. Lardi. in. cōsilio. lxx. incipi. pro discussi  
one. col. penul. vbi allegat tex. et ibi. glo. in.  
c. ij. de. religio. domi. L alderi. in. cōsilio. xij.  
in. titulo. de. p̄uilegijs. Pano. in. consilio.  
xcij. incipi. questio heredū. col. iij. in tertio  
dubio. vol. ij. Imola. in. cōsilio. cxxj. incipi.  
in causam. col. ij. Alex. in. cōsilio. cclxvij. in  
16 cipi. viso processu. col. j. vol. ij. et in. consilio.  
tertio. incipi. ex his q̄ in themate. col. ij. vol.  
v. Philip. decius. in. cōsilio. xxij. in. iij. col.  
z in. cōsilio. xj. ¶ + Et ideo dici solet quod si  
princeps cū clausula motu proprio rescripse  
rit: eius intentionis esse non presumitur vt a  
licui grauamen et p̄iudiciū inferatur. secū.  
Bal. in. c. ad aures de rescrip. et est. glo. no  
tabilis. in. clementi. si Romanus. in verbo  
validā. de. preben. z tradunt. Joan. Andre.  
z doc. in. c. si motu proprio. co. titu. li. vj. Ab  
bas. et doc. in. c. j. col. viij. de. iudicijs. z. in. c.  
causam. cl. ij. de. testibus. Anto. in. c. manda  
tū. col. penul. post calderi. ibi. de. rescriptis.  
idē. L alderi. in. c. cū dilectus. de. iure patro  
natus. dominic<sup>o</sup>. in. c. si propter. col. antepe  
nul. de. rescrip. li. vj. Francis. de curte. in. cō  
silio. xxxv. incipi. statuto. col. penul. in. fine.  
Philip. decius. in. consilio. xxij. in. fi. col.  
17 ¶ + Et ex istis singulariter dicit. Lōpostel  
la. in. c. causamq̄. de. rescriptis. que d si papa  
alicui de beneficio prouideri mādauerit non  
obstante collatione alteri facta: intelligitur  
de collatione inualida: ne videatur papa illi  
ius quesitū tollere et sic tertio p̄iudiciū in  
ferre. qd dictū ibi Imola et cōmuniter. doc.  
secuntur. dominicus. in. c. si postquā. col. fi.  
de. preben. li. vj. Alex. in. cōsilio. cclxvij. inci  
pi. viso titulo questionis. col. j. vol. ij. z. in. cō  
silio. xxij. incipi. viso processu. col. fi. vol. v.  
Gocci in. cōsilio. clxij. incipi. visa bulla. col.  
vij. in. princi. vol. ij. Philip. decius. in. d. cō  
silio. xxxij. incipi. viso puncto. i. penul. col.  
et. in. cōsilio. xj. col. iij. et in. cōsilio. cxcj. inci  
pi. in causa. per totū. vbi copiose illud dictus  
examinat. et. in. d. c. super eo. d̄is p̄ceptor  
meus Francisquinus curtius. in. cōsilio. pri  
mo. incipi. facti contingētia. col. xvj. lancel  
lotus galianula. in. repeti. l. centurio. vbi dixi

¶  
Ferdi. de loazes. J. U. doctor.

in eius appostillis. col. xxiiij. ff. de. vulga. et pupi. substi. et dixi late. in. d. repeti mea. tituli. institui. de iusticia. et iure. in. princi. col. vj. cū sequenti facit. tex. in. c. audita versicu. qz tamen de restitu. spolia. ¶ Bene facit qd inquit Archi. in. c. licet. viij. q. j. qd si papa mandat episcopo vt alicui predenda conferat: intelligitur cuz consensu canonicorum. ¶ Et ideo notabiliter dicit. Imol. p. Card. ibi. in. c. tue. circa finē xfi: an autē habēs priuilegiū. de. clericis non residen. quod habens priuilegiū quod fructus beneficiorū dū est in studio percipere possit: obet intelligi cū licentia p̄lati. Sequit. Joānes de annania. in. fi. col. penul. xfi. quid autez. de. magistris. ¶ Ali etiā dicitur: quod licet papa actū ex certa scientia cōfirmaret: non videtur actū in preiudiciū tertij confirmasse. c. quāuis de. rescrip. li. vj. et volunt. Bal. in. preludis feudoz. col. xiiij. xfi. utē dicit Andreas de yser. quē sequit. areti. in. cōsilio. xv. incipi. Reuerēdissime pater. in. v. col. Hāoz. et doc. z ibi late p. Philip. deciu. in. c. fi. col. ij. de. cōfirmatione. vtili. vel. inutili. et i pulcro casu tradit Barba. in. clementi. z si p̄ncipalis. col. xiiij. de. rescriptz. ¶ Sic et pactū inter principes de rebus hinc inde depredatis factū: finita guerra in subditorū preiudiciū et sic tertij non valebit. vt notabiliter inquit. hostien. Antonius. et alij. in. c. j. col. ij. de iure. iurā. vt latius dici et qualiter procedat declarauit supra in septimo p̄ncipali fundamento in fauorez fidei adducto folio. xij. col. xxxix. versicu. et ad predicta bene facit. ¶ Hinc dici solet qd quando rescripta p̄ncipis tertij lederent: per importunitatē obtentā fuisse presumerentur. l. rescripta vbi. Pau. decal. et. doc. l. de pecibus. impera. offerē. l. j. cū simi. l. de petitis bonoz sublati. li. x. et tradit. Ange. i. cōsilio. xxxvij. col. ij. Alex. in. p̄si. xxxvij. incipi. in causa mota. vol. j. Riminal. in. l. causas. et ibi. doc. in p̄ncipio. l. de transactio. ¶ In oi enī casu et dispositione ius illesum tertio reseruatur. l. j. §. merito. et. §. si quis a principe. ff. neqd in loco publico. c. ex tuaz tenore. de auctoritate et vsu palij. c. licet in corrigendis. de. officio ordinarij. facit. tex. in. c. cū super cū similibus. de. re iudicata quinimo cōtra mentes principis est ius alterius tollere. vt inqt. tex. notabilis in. l. nec auus. l. de emancipationibus liberoz. z tradit. Barba. in. cōsilio.

xxij. incipi. scripsit propheta. col. r. vol. j. ¶ Et ideo pulchre dicit. Antonius. in. c. j. de. cōstitutio. quod illa xba facias secunduz voluntatē tuā non important voluntatē nō regulatā a iure respectu tertij. allegat lapuz. allegatione. cxxv. quē refert et sequit. Barba. alia similia adducēs. in. cōsilio. xliij. incipi. p̄clare scribitur. col. xvj. vol. j. Que sunt bene notanda pro intellectu. l. iij. incipi. mā damos q̄ contra las obligaciones. et. l. quin te. incipi. por escusar malicias de los deudores titulo. viij. li. iij. in ordinamentis regalibus vulgarit̄ dictis las ordenaças reales de castilla. Ex quibus clarissime patet: predictos paganos licet violentē et tiranoruz metu baptizatos aduersus ecclesiā et sic aduersus tertij pro suo interesse cōparentē nullatenus esse restituendos. ¶ Et ideo cū ipsi propria auctoritate ad primeuos ritus mahomethicasq; cerimonias redierunt in magnuz fidei nre catholice vilipendiū: heretici iudicandi sunt et tāquā heretici priuendi. vt in. d. c. cōtra christianos. de. hereticis. li. vj. est descissum. ¶ Immo qd peius est: quod ad predictū heresis et appostasie crimen perpetrādū: suasq; mahomethicas cerimonias faciendū: nouas mesquitas seu sinagogas audacter z absq; aliqua correctione (qd dolendum est) prout fert̄ edificarunt: quod nullomodo eis facere licuit. c. iudei. cū similibus. de. iudeis. ¶ Sunt tamen q̄ dicunt: qd nō nouas mesquitas et synagogas dicti pagani edificarūt: immo veteres et antiquas repararunt: qd illis a iure permissum est: vt ibi dicitur: et tradit latissime. Jasso. in. l. ius autez ciuile. col. ij. cū sequenti. ff. de. iusticia. et. iure. et. in. l. j. §. si quis edificū. ff. d. noui operis nuntiatione. feli. in. c. cū accessissent. col. penul. i. glo. ff. de. constitutio. Quia cum iam dicte veteres mesquite si aliquando fuerunt quod negatur penitus essent destructe et pro derelictis habite: nullatenus poterant redificari: vt communiter. doc. in dictis locis concludunt: quidquid dicant moderni allegantes dictum. Ange. in. aucten. de non alienādis aut permutandis. versicu. tex. itaq; collatio. ij. Et quia latissime. Jasso. et. feli. multa notabilia dicta in proposito adducunt: eorum dicta in proposito referre non curo: maxime cum predicti pagani immo uerius christiani nec veteres nec nouas mesquitas habere possint.

24

25

# Paganorum

Col. LXIX.



¶ Sexto principaliter non obstat  
sextum principale fundamentū  
in fauorem dictorum paganorū  
adductum: in quo dicebā quod  
cum dicti pagani nō propria au-  
toritate sed summi pontificis dispensatione  
ad primenos ritus redierunt: merito tanquā  
dispensati per summi pontificis patientiaz:  
1 tollerandi sunt. ¶ Quia respōdetur. licet  
enim verum sit nonnunquam summi pon-  
tificis patientiam seu tollerantiam vim dis-  
pensationis habere: illud non procedit vbi  
scandalum seu peccatum ex tali dispensatio-  
ne in dei ecclesia insurgere potuisset: qz tunc  
non est credendum summum pontificem dis-  
pensare voluisse. vt late tradunt. Anto. pre-  
positus. z omnes. in. c. quia circa de consan-  
gui. z affinitate. z. feli. post alios. in. c. j. d. tre-  
2 gua z pace. ¶ Immo z quod fortius est qz  
etiam si hoc casu dispensare voluisset mini-  
me potuisset: vt latissime diximus in sexto z  
septimo principali fundamento in fidei fa-  
uorem superius adducto: cum ex tali dispen-  
